

1978

N
12
(153)





Kapsel 78 N 12 [153]

LESSUS FUNEBRIS,

QVEM

VIRO MAGNIFICO, ILLUSTRIO, CONSULTISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

DN. NICOLAO
HIERONYMO
GUNDLINGIO,

ACADEMIÆ FRIDERICIANÆ PRO-RECTORI
CELEBERRIMO,

REG. MAJ. BORUSS. INTIMO,
ET CONSISTORII MAGDEB. CONSILIARIO
SPECTATISSIMO,
JURIUM, ELOQVENTIÆ ET ANTIQVITATUM PROFESSORI
DXTERRIMO MERITISSIMOQVE,

COLLEGÆ QVONDAM
HONORATISSIMO,

v. IDVS DECEMBR. 1715 CCXXIX

CONTRA VOTVM OMNIUM BONORVM DEFVNCTO,
SACRVM ESSE JVBENT

D. MICHAEL ALBERTI,

SACR. REG. MAJ. BORUSS. AVLICVS ET CONSISTOR. MAGDEB.
CONSILIAR. MEDIC. ET PHILOS. NAT. PROF. PUBL. ORDIN. ETC. H. FACULT. MEDIC. ET PHILOSOPH. DECANVS,

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS,
PHILOS. PROF. PUBL. ORD.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,

LITTERIS IOH. CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typog.



Kapsel 78 N 12 [153]

AK



Ebilitata piis singultibus, ecce, Camœna
Verba dat incomitis præcipitata modis.
Cum TU, **GUNDLINGI**, quem sæcula
nostra verentur,

Ad subitos cineres & Tua fata redis.

Quid, quæso, mirum, resluas in carmina venas

Auxiliatrices addere nolle manus?

Nomina non plebis, non infima funera terrent;

Non fulmen mortis nos levidense ferit.

Nomina Teutonico longe celeberrima Pindo,

Nomina, queis nomen iungere nemo queat;

Nomina Salanæ nunc deploranda Minervæ,

Nomina, queis Charites nomina sacra sacrant;

Nomina, quæ Batavis merito planguntur & Anglis,

Nomina, principibus quæ placuere viris;

Nomina succumbunt maturo dulcia damno,

Succumbunt lacrimis carmina nostra simul.

Ite, pia lacrimæ, pietas iubet, ite querelæ;

Ite, precor, numeri, quo vocat illa, pii.

O! mea fuscatis si querquera Musa pagellis


Musfiter, & strepero dissonet ægra sono.

Handwritten text: *Handel 1815 [182]*



Eloquar? an fileam? Quid enim lamenta iuvabunt?
 Quid tacuisse velim? Suadet utrumque dolor.
 Suadet utrumque dolor; sed amaro plangere luctu
 Manes egregios mens pietasque iubet.
 Ergo pias lacrimis lacrimas communibus addam,
 Et mea mens plenis fata dolebit aquis.
 Sume pios Iessus, Celebris Vir, carmina sume
 Aegre mendica conglomerata manu.
 Carmen habe lacerum, lacerata mente profectum,
 Qualia sunt Pindo tempora, carmen habe.
 Hala decus tantum desset, quæ munera sparget,
 Et manes iusta religione colet.
 Effusus tantas ulciscitur imbribus urnas,
 Et stupet immenso docta caterva malo.
 Sala pater tremulus interlabentibus undis
 Mugit, & ex imo surgit ad astra vado.
 Et merito. Quid enim Phœbo formosius illo,
 Quem mundus gemino noverat usque polo?
 Tullius alter eras, **GUNDLINGI** Splendide, sed nunc
 Tullia pompa cadit, mellea Suada cadit.
 Gloria prima fuit, Ciceroni demere palmas,
 Et primum hæc inter nomina ferre locum.
 Suada Tuas semper geniali nectare chartas
 Imbuit, & suavis fluxit ab ore favus.
 Limpidus, illimis rutiloque simillimus auro
 Sermo fuit, qualem Roma vel ipsa velit.
 Singula quis memoret? Non se Germania iactat
 Nomine, quo nomen non ferat ista Tuum.
 Quæ non effulsit passim prudentia juris,
 Ut quivis Themidos sæcla reducta putet?
 Juris Doctor eras, quid ius vitæque necisque
 Ipse Tuo fato nunc didicisse potes.
 Ecce! nihil tutum est, & Tu quoque, Papiniane,
 Severæ mortis lurida jura subis.
 Nascimur, & subito denascimur ordine cuncti:
 Non alia nasci conditione datur.

Has superare vices suadet sapientia victrix ;
Quæ Tibi, **GUNDLINGI**, dulce levamen erat:
Masculus altisonis & rhonchissantibus undis
Ore resistebas, alter Apollo, Tuo.
Non mentita Tibi doctrinæ pompa superba ;
Artis & ingenuæ non leve pondus erat.
Verteris in cineres equidem, mutilumque cadaver.
Illi, cui cedunt omnia, præda iaces.
Sed redit ad superas cælestis spiritus auras,
Deque suo felix funere victor ovar.
Hic ver perpetuum vigeat. Proculite Decembres!
Hic per jucundis Flora perennat aquis.
Rides, **GUNDLINGI**, bacchantem in pulvere turbam;
Rides contremti gaudia vana luti.
Ergo pro lessu lætium Præna canemus:
Ulterius pudeat tristitia verba dare.
FRATER MAGNE, pios iam nunc compeisce dolores!
Integer in lacrimis stet Tibi mentis apex.
Lugetis merito tantum, **GUNDLINGIA** proles,
Patrem, lugetis fulmina tanta **DEI**.
Immatura boni desertis fata Parentis.
Immatura **DEO** non datur ulla Dies.
Sincera meritis pietate fovete dolores ;
Sic dabit immensus munera summa **DEUS**.



78 N 12 , Kapsel 153

f

ULB Halle 3
004 538 498



v218





Kapsel 78 N 12 [153]

LESSUS FUNEBRIS,

QVEM

VIRO MAGNIFICO, ILLUSTRIS, CONSULTISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

DN. NICOLAO

HIERONIMO

GUNDLACHO

ACADEMIÆ FRIDERICÆ
CELEBRATISSIMÆ

REG. MAJ. BORUSSICÆ
ET CONSISTORII

LIARIO SPECTABILISSIMO
JURIUM, ELOQVENTIÆ ET ANTIQVITATIS
DEXTERRIMO MEMBRANO

COLLEGÆ HONORATISSIMO

V. IDUS DECEMBRIS
CONTRA VOTUM OMNIUM
SACRUM ESSE

D. MICHAEL

SACR. REG. MAJ. BORUSS. AULICUS
CONSILIAR. MEDIC. ET PHILOS. NAT. P.
CULT. MEDIC. ET PHILOS.

CHRISTIANUS BENEDICTUS

PHILOS. PROF. PU

HALÆ MAGDEB.

LITTERIS IOH. CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.



Kapsel 78 N 12 [153]

AK